Unicum habet Altare cum onere missarum duodecim annualium quae celebrantur à Cappellano pro tempore, qui ad praesens est A. Can.cus Floridi, cui quod mandauit doceri de adimplemento et exhiberi notam bonorum. Insuper eleuari paulisper Lapidem sacrum, totumque Altare cooperiri tela cerrata subtus mappas, et desuper tela seragula, et prouideri de nouis tabelis pro secretis.

De tota ecclesia

Aestringi foramen camini existentis in sacristia, ita ut illud non possit haberi ingressus. Reaptari tectum, et exterius expurgari à sepribus, et renouari Decreta Praedecessorum, nempe quod imposterum ante fores eccl.ae nullus collat terrenum, ibique iniciat frumentum, uel semen Canapis nec excrescendo impediat liberum accessum ad ecclesiam.

Praefati RR. S. Antonij tenentur quolibet anno persoluere mense ep.ti Canonem, seu Cathedraticum Iuliorum septem, et obulorum quinque.

De Ecclesia S. Sebastiani

Comendata est Societati SS. Trinitatis

Unicum habet Altare cum simulacro marmoreo S. Nicolaij, in cuius festo tantum celebratur ex consuetudine, et deuotione. Ubi etenim dicta die conueniunt Confratres d.ae Societatis processionaliter, et in ea recitare solent officium B.mae Virginis M.ae

40
38

Altare denudatum est, et dicta die suppellectilia sacra deferuntur à dicta Societate

De Tota Ecclesia

Mandauit reaptari tectum in partibus necessarijs, ac prohibuit in Platea ante fores Eccl.ae et intra fines eiusd.s aliquid innouari, siue seminari, sub pena scutor. centu, à b. m. Ep.o Alcotto iniuncta, et alijs arbitrio

De Ecclesia et Conuentu S. Fran.ci Minor. Conuentualium

die 14 8bris 1719.

Ill.mus et R.mus D. se contulit ad dictam Ecclesiam Iurisdictioni Episcopi subiectam vigore decreti S. M. Innocentij X. et in parinis et ad Ianuam Ecclesie receptus à Patribus, peracta absolutione Defunctor. visitauit, et decreuit ut infra.

De SS. Eucaristie Sacram.to

Quia Eccl.ae forma renouatur SS. Sacram.tum asseruatur in Altare, et Cappella S. Antonij Patauini in Tabernaculo, quod post debitam adorationem, et preces inuentum fuit ad formam.